

Nemo coronabit nisi qui legitime certauerit. id est fideliter. *Thimo. ij.*
 Verba ista bene conueniunt beato vincencio qui pro logu certamine meruit coronam eternam. Sciendum quod corona multis modis acquiritur. Primo pro tolerancia tribulacionum. *Jacobi. p.* Beatus vir qui suffert temptaciones quam cum probatus fuerit accipiet coronam vite. Exemplum de quodam iuvene qui septem vicibus temptabatur super cuius capite vidit quendam sanctam septem coronas. Secundo acquiritur corona vite pro fidei constantiam siue perseverantiam. *Apoc. ij.* Esto fidelis in fide constantis usque ad mortem et dabo tibi coronam vite. non datur corona incipientibus. sed in fine finaliter perseverantibus. *Ihero.* non enim incepisse sed profecisse virtutis est. *vn paul. ij.* *Thimo. iij.* Cursum vite mee consummaui. fidem suam ideo reposita est michi coronam. iusticiae sic beatus vincencius vitam consummauit ideo meruit vitam eternam. *Vn* legit vincencius nobili genere sed fide ac religione nobilior. *brs* valerij episcopi dyaconus fuit cui episcopus vicem suam commiserat. quia expeditionis lingue erat et ipse orationem et contemplacionem vacabat. *Iussu* ergo dactami perfidis valenciam trahitur et dicitur carceri mancipant. Cumque eos fame pene defu-

isse crederet eos cum se duci iussit. Quos cum sanos cerneret et gaudentes. *Iustus* in hanc vocem prorupit. Quid dicis tu valerij qui sub nomine religionis contra decreta principum facis predicando istum crucifixum. Cumque autem beatus valerius leniter responderet. dixit vincencia. *Noli* pater quasi timidus mente submurmurare. sed libera voce exclama. *Si* autem iubes pater sancte. respondis iudicio aggredior. *Cui* ille. Jam dudum tibi fili carissime loquidi curam dimisisti. et nunc pro fide christi pro qua astamus responsa committo. *Tunc* vincencius conuersus ad dactanum haec inquit. *Vermo* tuus de neganda fide christi fuit. sed scias ne phariseus es apud christianorum sapientiam cultum diuinum abnegando blasphemare. *Tunc* iustus dactanum episcopum in exilium mitti precepit. vincencium vero tanquam contumacem principum tuorum iuuenem ad terrorem aliorum in caulis distensum membris omnibus dilaniari. *Cum* autem toto corpore dissiparet dixit dactanum. *Die* vincencij ubi nunc tuum miserum corpus inspicias. *Ac* ille subridens ait. hoc est quod semper optavi. *Tunc* iustus iudex cepit ei omnia genera tormentorum minari nisi fidei christi abnegaret. *Cui* vincencia. *In* surge miser et toto malignitatis spiritu debachare et videbis me dei